etigentiam iambica eſſe debuit. Liber vnus eſt: nec is ſane magnus: ſed ſane ꝙ difficilis:
quia oīm quos infoꝛtunatos nouit infoꝛtuna in aduerſarium ſuum impꝛecatur niſi deſiſtat ab i
cepto: et ita eoꝛundem inquiſitio difficultatem affert. In qua re quia diligentiſſimus fuit
Calderinus ſatis erit oꝛdinem cum familiari explanatione pꝛeter eum contexuiſſe. Nam po
ete vitam ante epiſtolarum explanationem: et exilij cauſam ante hoc opus vidimus. Oꝛdo igi
tur eſt. Omne carmen mee muſe: ideſt vene aut inuentionis mee: fuit inerme: ideſt ſine ma
ledictione. impꝛecatione aut inuidie telo vſqꝫ ad hoc tempus: et hoc biſquinqꝫ: ideſt decem: lu
ſtris: ideſt quinquennalibus tꝑib⁹: hoc eſt quinquaginta vite mee annis iā peractis. Et nulla
littera. i. ne mīma q̄dē ꝑicula naſonis. i. mea aut oꝑis mei q̄ naſo vocoꝛ extat ſupple tot milib⁹
ſcriptis. i. licet tot milia ſcripſerī: nam ſi intelligatur in vt ſit in tot milib⁹ diceret ſcriptoꝝ: que
ſcꝫ littera: hoc eſt particula poſſit legi ſanguinolenta: ideſt ſanguinis appetens aut hoſtilis ſi
ue maledica. perſtat in metaphoꝛa: quia dixerat inerme. Nec noſtri libelli leſere quemꝙ̄ ni
ſi me: ſcilicet vnum: qui in exilium miſſus ſum ob libꝛos de arte amandi. Bene autem dicit
noſtri libelli pluraliter: quia licet modeſtie gratia de vno pluraliter in pꝛima perſona loqui: et
tamen ſingulariter addit me: quia ſe ſolū vult ſignificari leſum. Vñ licet potuiſſet: noluit ta
men dicere niſi nos: cum ideſt quando caput artificis: ideſt caput meum: perijt: ideſt exilio dā
natum fuit: arte ſua: ideſt pꝛopter artem ſuam et a ſe inuentam. Vnus ſcilicet aduerſarius ma
ledicus et inuidus (et hoc ipſum ſcilicet ꝙ ille vnus id facit quia non iure: ſed iniuria: eſt iniu
ria magna) non finit: ideſt non patitur titulum candoꝛis mei: ideſt puritatis mee ab omni inui
dia: eſſe perennem: ideſt perpetuum vſqꝫ ad finem vite. Quiſquis: ideſt quicunqꝫ eſt. nam nomē
vtrūqꝫ: ideſt tam pꝛopꝛium ꝙ cognomen eius latebit adhuc: ideſt donec videro: an reſipiſcere
velit: is cogit manus inaſſuetas: ideſt nullo modo aſſuetas: ſumere tela: ideſt ſcribere carmina
maledica: ſupple metaphoꝛa ab hoſtili bello. Ille relegatum. Docet cauſam querele ſue in ad
uerſarium eſſe iuſtiſſimam: cum ille miſeruꝫ ⁊ exulem indignis iniurijs perſequatur: quem me
rito pꝛotegat et defendat. Vnde oꝛdo eſt. Ille ſcilicet aduerſarius qui me cogit tela ſumere
non finit ſupple: me relegatum: ideſt miſſum in exilium ad oꝛt⁹ gelidos aquilonis: ideſt ad pon
tum iuxta getas ad frigidam zonam: delituiſſe: ideſt perfecte et quaſi incognitum ad finem vſ
qꝫ latuiſſe ſupple. in exilio meo. et ipſe immitis: ideſt immanis et crudelis: vexat: ideſt mole
ſtat: vulnera querentia requieꝫ: ideſt male refricat hoc eſt innouat: que neglecta requieſcere hꝰ
eſt requiem ſumere velint. et iactat verba canina: ideſt detractoꝛia et irritatiua ac maledica mo
re canum: toto foꝛo: ideſt vbi ē plenus conuentus hominum: et non patitur ſociatam mihi per
petuo federe lecto: ideſt legitimam coniugem meam flere funera: ideſt exilia funeri compa
randa: viri miſeri: quia vexando eam: cogit eam aliud cogitare et agere: ſcilicet de aduerſario
conqueri. Cunqꝫ: ideſt et cum ego complectar membꝛa mee carine: quaſſa: ideſt concuſſa ⁊
fracta: hoc eſt reliquias naufragij et infoꝛtunij mei. ille pugnat. i. cum pugna cōtendit: habere
tabulas: ideſt vltimas opes: ſicut dum nudꝰ in tabula enatamus. nihil pꝛeter tabulam habem⁹.
tabulas ergo mei naufragij: ideſt vltimas opes mihi relictas: et qui debuerat extinguere flam
mas ſubitas: ideſt incendia ſubito oꝛta: ideſt amouere mala mihi ſubito venientia. hic exiſtens
raptoꝛ: ideſt violentus alieni boni inuaſoꝛ: petit pꝛedam ab igne medio: ideſt e maximo infoꝛ
tunio meo emolumentum capit. Nititur enim vt alimenta deſint ſenecte pꝛofuge: ideſt pꝛofuga
te. heu ꝙto dignioꝛ ſupple: ſit ipſe noſtris malis ſupple ꝙ nos? quaſi dicat multo. dij melius
ſupple mecum agunt ꝙ ipſe: quoꝛum ſcilicet deoꝛum hoc eſt diuoꝛum. ille: ſcilicet notiſſimus i
terris videlicet diuus auguſtus qui viuus pꝛo deo habitus eſt. vnde Hoꝛatius. Pꝛeſenti tibi
maturos largimur honoꝛes: eſt mihi longe maximus: ideſt pꝛecipuus. qui noluit noſtras vias
eſſe inopes: ideſt noluit exulem ſpoliare etiam opibus ſuis. igitur ego agam ſemper huic ſcili
cet deo: grates: ideſt gratias meritas: ideſt quas meruit: quaſcunqꝫ licebit: ideſt licitū erit: aut
dabitur mihi agere pꝛo tam manſueto pectoꝛe. quo: ideſt in me vſus eſt: cum etiam bona omnia
potuiſſet abſtuliſſe. Pontus: ideſt regio in qua mihi exilium eſt vbi barbari et ſeui habitant ho
mines: audiet hec: ideſt has gratiarum actiones meas et hec merita auguſti in me: et idem ſci
licet potus (ſꝫm quoſdam) faciet quoqꝫ: ideſt etiam vt ſit potioꝛ terra teſtificanda: id eſt in teſti
monium gratitudinis citanda mihi: ideſt videns me gratum auguſto merebitur bene de me: et
me ſibi obnoxium faciet. Vnde per contrariū ſubdit. At tibi ⁊c. Calderinus aliter intelligit. ſ.
idem ſcilicet auguſtus: faciet quoqꝫ vt terra ſit potioꝛ teſtificanda mihi: ideſt vt in exilio de ce
ſaris triumpho ſcribam. At tibi calcaſti ⁊c. Incipit impꝛecari in aduerſariū a ſimili fere di

cendi figura: vt virgilius in diris vtens. Ordo eſt. At. i. ſed o violente. i. iniuſte oppreſſor qui calcaſti. i. ſuppeditaſti me iacētez. i. proſtratū. heu dolētis eſt interiectio eius videlicet qui iniuſtꝰ cogitur ad vltionem. aut exprobrātis ſicut illud. heu ſtirpē inuiſaꝫ. heu igitur. ego ero hoſtꝫ debitus. i. vti dabo quod. i. que res licet: ideſt permittitur: miſero. ſ. mihi miſeratōne digno. Nā miſeros fere bonos dicimus.

MMMI. ¶ Definet: negat ſe vnq̄ fore amicū: per ſimilitudinē ſumpta a rebus contrarijs: que nūq̄ cōueniēt. Solis: hic dicebatur fax celeſtis olī: ſed dictus eſt ſol a ſole puero filio Hyperionis. Lu-
Sol nam itē a luna Solis ſorore: eſt auctor Diodo. Zephyrus: occaſu equinoctiali. Et noua: nota ē
Etiocles fabuloſa hiſtoria etheoclis ⁊ Polinicis fratrū rogum in duas partes diuiſum eſſe: quod Calli-
Polinices machus primus ſcripſit. inde Oui. Scinditur ī partes geminoq̄ʒ cacumine ſurgit. Scinditur in partes atra fauilla duas. ira vetus: odium fraternum. Uer grece dicitur eari. vñ Uir. Bruma quod breues dies habeat dicitur. Feſtus gratia cōcordia. Depoſitis armis. carmine male-
Lupi dico. Tuis commiſſis: tua culpa. Lupi dicati marti in quos fabuloſa hiſtoria tradit non nunq̄ homines conuerſos carmine margine magico eoſdem redijſſe in priſtinam formam. Unde deductum illud conuitium verſipellis a mutanda pelle humana ſcilicet in lupinam. Cepto: ceptū verſum appellat elegiacum quaſi imperfectum. Nam extremo pede fraudatur. Pa. Qui nobile greſſu extremo fraudatis opus. Hoc pede. nam metro iābico maledicta ſcribuntur. ſimul permanſit in metaphora: cum dicat claudum nō ſolerter prodire in pugnam. Utq̄ʒ petit: dicit hoc opus eſſe ſimulachruꝫ pugne quale ſolet īperator miles añ legitimū certamen propoſito agere in quem iaculatur. Si veli-
Uelites tis legis. Uelites milites erant q̄ haſtaꝫ vtebātur inhabili ad remittendum niſi pars vt ſcribit Liuiꝰ eaꝫ inuenit Tyrrenus ſcribit plinius. Diſſimulare: tegere. Breui: ad paucos dies.
Jambus Jambus inuē- tus pes eſt ad nocenduꝫ ab iuptō quod ſignificat noceo. Papi. eum appellauit vltorem: quoniam archilocus eius inuentor tanta acerbitate in lycambem generuꝫ eo vſus eſt vt ad laqueuꝫ compulerit. idem fecit Hypomax poeta in bubalum et Antherenū ſculptores: qui eius deformis effigiem ſculpturam in cōtemptum. et Cato in Scipionem Metellum ea carminis acerbitate vſus eſt. Tincta lycambeo ſanguine. quibus: qualibus telis vitā Lycambes finiuit
Carmina magica Nūc qūo. inter carmina magica duo erant apud maiores maxime religionis: quorum altero dij rutelares vrbium euocabātur ab hoſte victore: ne deos captiuos ducere viderētur. altero deuouebātur vrbes exercitus hominum capita qui ſe traderent ire numinum pro ſalute aliena: quale fuit carmē duorum Deciorum: qui ſe pro patre ſalute deuouerunt. Jd ad Titi imperatoris tēpora ſeruatum fuiſſe ex hiſto. pli. accepimꝰ. poterat q̄ſpiā aut ſeipm deuouere: aut altez

Definet eſſe prius cōtrarius ignibus humor
Junctaq̄ʒ cū luna lumina ſolis erunt
Parſq̄ʒ eadem celi zephiros imitet et euros
Et tepidus gelido flabit ab axe notus:
Et noua fraterno veniet concordia fumo
Quā vetus accenſa ſeparet ira pyra:
Et ver autūno: brume miſcebitur eſtas:
Atq̄ʒ eadem regio veſper ⁊ ortus erit.
Quā mihi ſit tecū poſitiſq̄ʒ ſūpſimus armis
Gratia: commiſſis improbe rupta tuis.
Quā dolor hic vnq̄ ſpacio euaneſcere poſſit
Leniat ad odiū tempus et hora mecum.
Pax erit hec nobis: donec mihi vita manebit
Cum pecore infirmo q̄ ſolet eſſe lupis.
Prima quidē cepto cōmittā prelia verſu.
Non ſoleant quāuis hoc pede bela geri.
Utq̄ʒ petit primo plenū flauentis harene
Nondum calefacti velitis haſta ſolum.

Sic ego te ferro nonduz iaculabor acuto
Protinus inuiſuz nec petet haſta caput
Et teqꝫ nomen in hoc: nec dicta facta libello:
Teqꝫ breui: qui ſis: diſſimulare ſinam.
Poſt modo ſi perges: in te mihi liber iambus
Tincta lycambeo ſanguine tela dabit.
Nunc quo battiades inimicū deuouet ibin
Hoc ego deuoueo: teqꝫ tuoſqꝫ modo.
Utqꝫ ille hiſtorijs inuoluam carmina cecis.
Non ſoleam q̄uis hoc genus ipſe ſequi
Illius ambages imitatus in ibida dicar:
Oblitus mori: iudicijqꝫ mei.
Et quoniam quis ſis nondum querentibus edo

verborū formula hoc habebat initiuz: vt Samonicus Serenus ex Furij monumētis recitat dijs pater iouis ve manes ſiue q̊ alio nomine fas eſt nominare. auctor eſt Macro. nunc ⁊ ſi Ouidius eadez formula non vtitur. tamē deuouere ſe dicit ibi quem diris deteſtat̃ imprecationibus. i. quo imitatur Callimachum. Battiades callimachus dictus eſt nō filius batti ſed ab eo genus ducens. nam ⁊ ipſe hunc inter maiores ſuos cōmemorat: quem gentis ſue auctorem profitetur. Tres Callimachi fuerunt quorū hic poſtremus fuit callimachi grāmatici filius Battus ex calliſto: que eadem Thera dicebatur profectus Cyrenem condidit ita appellatus ꝙ lingua lybica Battus regē ſignificat: vt Hero. placet proprio noīe dicebatur Ariſte⁹. Trog⁹ battū ſcribit a lingue dictum infantia. Nam erat bleſus: quam ſententiam commemorauit Hero: ſed damnauit Battus. item nomen eſt paſtoris apud Theocritum: et in ſatum verſus apō Ouidium. Ibin. Apollonium rhodium inimicum. nam cuz fuiſſet diſcipulus callimachi multaqꝫ a preceptore acceperat pro ſuis oſtentabat hiſtorijs profitetur obſcuritatem hoc opuſculo: duz ſtudioſe imitatur Callimachū: qui eadem opuſculo ſuo ſeruauit: vt ſuidas ſcribit. Ambages: obſcuritatē.

¶ Deſinet eſſe prius: ſic in diris maro contraria nature prius fore precatur ꝙ deſit (inquit) noſtris deuotū carmen auenis. Ordo eſt. Humor: ſcꝫ aqueus deſinet prius cōtrarius eſſe ignibus. Et lumina ſolis erunt iuxta cum luna: id eſt in coniunctione videbit̃ luna luminoſa nobis aut erunt in eadem ſphera. Et eadem pars celi imitetur Zephyros ⁊ euros. Zephiros qui flāt ab occidente ⁊ dicuntur latini fauonij: ⁊ euros qui flant ab oriente: ⁊ not⁹. i. ventus meridionalis: tepidus: qui tranſit torridam zonā: flabit ab axe gelido: ſcilicet ſeptētrionali: vbi eſt altera frigidarum zonarum et perpetuum fere gelu. Et noua concordia veniet fumo fraterno. i. quādo fratres ſcꝫ ethiocles ⁊ polinices cōcremabunt̃: qui cum eſſent in vita inter ſe ſeuiſſimi dum rogo imponerentur diuiſus eſt rogus quaſi cadauera adhuc inimicitias agerent. vñ addit: quā ſcꝫ concordiam fratrum vetus ira ſeperat: pira. i. rogo funebri: incenſa: id eſt duz incenſa eſſet nam diſſoluerunt copora cum flammis. Et ver miſcebit̃ autūno: inter que eſt eſtas ⁊ hyems: et brume miſcebitur eſtas: inter quas eſt ver ⁊ autūnus. Atqꝫ eadem ⁊c̃. patet ordo. Cōmiſſis: id eſt o improbe que nos ſumpſimus tuis cōmiſſis. i. ꝓpter cōmiſſa tua. Tempus ⁊ hora. que tñ plurimū valere ſolēt ad delendū odiū. vñ i odiū iunonis dicit ven⁹ in q̄nto enei. Quā nec longa dies: pietas neqꝫ mitigat vlla. Cum pecore infirmo: agnino aut caprino. Prima quidem cepto verſu. i. quali incepi tecum loqui: hoc eſt elegiaco. Non ſoleant ⁊c̃. Quia iambico geri volunt. Unde Horatius in arte. Achilochum proprio rabies armauit iambo. Velitis haſta: veles eſt leuis armature miles: is autem preludens haſtam ſolo harenoſo infigit: quam poſtmodū ſuccēſus in hoſtē ingerit: ſi peritus ē. ſic ⁊ poeta dicit ſe primū non acri pede geſturuz bellum. Poſt modo ſi perges. aut ordo eſt poſt ſi modo: aut poſtmodo vna eſt dictio pro eo qđ ē poſtea aut poſt modum. Tincta lycambeo ſanguine tela dabit: id eſt tam vehementer et execrabiliter in te inuehitur carmen meum iambicum: vt archilochi in lycambem ſocerum ſuum ex ſponſione qui euz ad laqueum compulit. Iambus autem debet proferri triſſyllabum ſicut grecum iapto: id eſt noceo. Nunc quo battiades ⁊c̃. Ordo eſt. Ego deuoueo: id eſt in perniciē et mortem tuam voueo ⁊ addico dijs inferis nunc te et tuos hoc modo: quo battiades ſcilicet callimachus deuouet ibin

ASLEN.

Veles

id eſt apolloniū quē ibin.i.auem alexandrinū appellauit. Non ſoleam ꝙuis ⁊c.quia facilis et apertus in reliquis eē conat.hic ex induſtria difficilis ⁊ obſcurus. In ibida:rarū eſt. Nam au tore ſeruio que non ſemp̄ creſcunt non vbiq꜄ creſcunt:q꞉ tantuꝫ in gtō ⁊ datiuo ſingularibꝰ. q꞉ ergo dicit ibis huiꝰ ibidis vel ibis:dixiſſꝫ ibin:ſed ab ibidos in gtō dicit ibida in actō. Nondū querentibus edo. Pondus habet ꝙ ne querentibꝰ quidē edat.i.eloquatur ⁊ exprimat. Aliquā tum noctis.i.obſcuritatis. Atri aut ignobilis aut potius infauſta atro lapillo notanda more thracum aut cretenſium. Hec:ſcilicet imprecatoria legat tibi eo die quo tibi bona comprecari debeant.

DDMI: ¶Tu quoq꜄:quēadmodū Apolloniꝰ rhodiꝰ. Sit atra:infelix. Hec.t.duo erāt tempoꝝ initia apud Romanos.alterū priuatū:publicum.alterū in vtroq꜄ cautū erat ne quod mali ominis verbū efferretur.priuatū dies natalis.publicū none ianuarie carine ſacerdotū ianus adorabatur ⁊ augurum libris hanc hēbat precationē. Qui cuncta fingit:eadēq꜄ regit aque terreq꜄ vim ianꝰ pater.idē dicebat geminꝰ Iunoniꝰ.duodecim habebat aras: vt Varro ſcri. Aditus ⁊ exitus ei erant dicati. Conſidiꝰ Quirinꝰ:Cluſius:Patultius. Si quid aūt vel die natali:vel calēdis ianuarijs ſiniſtro omine auditū eſſꝫ infelicē annum portendebat. Dij maris. Hinc deuouere incipit ſingulis numinibꝰ inuocatis. Inter diuerſos polos:arcticū:⁊ antarcticum.libri erant duodecim:qui cuꝫ ioue dicebant tenere celum Iupiter Iuno Veſta Minerua Ceres Diana Venus Mars Mercurius Liber Neptunus Apollo. Ii tantum nectare vtebantur. Sinite verbum ſacroꝝ erat. Tellus numen habebat:vt etiam ſcribit Pli. Propterea iuocatur in federe apud Homerum vna cuꝫ vmbris. Aether dicitur:quia ſemper mouetur vt placet Ariſtoteli. Et ſydera.numina habere putabant ex diſciplīa Platonica:et ſuas habebant hoſtias. Quo prius: nam ſemper luna creſcit aut diſcreſcit. Nox ſua numina habebat vt ſumanum et vmbras. Queq꜄ ra.vt parce. Ratum inexorabile.ratum verbum ſacroruꝫ eſt. Rata enim dicebant confirmata ſignificationibꝰ auguriorūꝫ. Quiq꜄:inuocat ſtygē paludem cuius filia victoria cum in bello giganteo opem tulerit ioui meruit vt matris nomen iuſiurandum eſſet deoruꝫ:quod qui fallebat noueꝫ diebus carebat nectare. Virgilius. Dij cuius iurare timen et fallere numen. Silius. At ſemper magnis diuis regiq꜄ deorum iurari dignata palus. Styx item aqua manans et nonacri archadie: qua epota mortem affert. Ita periit alexander. ꝙuis Plutar.aqua non nominet. Memine

Janus

Dij electi et celeſtes

Styx

Ibis interea tu quoqꝫ nomē habe:
Utqꝫ mei verſus aliquantulū noctis habebunt
Sic vite ſeries tota ſit atra tue
Hec tibi natali facito:ianiqꝫ calendis:
Non mentitur quilibet ore legat.
Dij maris ⁊ terre:quiqꝫ his molliora tenetis
Inter diuerſos cum ioue regna polos.
Huc precor:huc veſtras oīs aduertite mētes
Et ſinite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaqꝫ tu tellus:ipſuꝫ cū fluctibus equor:
Ipſe meas ether accipe ſumme preces.
Syderaqꝫ:et radijs circundata ſolis imago:
Lunaqꝫ que nunꝙ quo prius orbe micas
Noxqꝫ tenebrarū ſpecie reuerenda tuarū.
Queqꝫ ratum triplici pollice nectis opus.
Quiqꝫ per infernas horrendo murmure valles
Imperiurate laberis amnis aque.
Quaſqꝫ ferunt torto vitatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores
Vos ꝙ plebs ſuperū fauni:ſatyriqꝫ:lareſqꝫ
Fluminaqꝫ:et nymphe:ſemideumqꝫ genus:
Deniqꝫ ab antiquo diui:vetereſqꝫ:nouiqꝫ

In noſtrū cuncti tempus adeſte chori.
Carmina dum capiti maleſido dira canantur
Et peragat ꝑtes ita doloꝛq; ſuas.
Annuite optatis omnes ex oꝛdine noſtris
Et pars ſit voti nulla caduca mei.
Queq; precoꝛ fiant vt non mea dicta: ſed ille
Paſiphaes generi verba fuiſſe putet
Quaſq; ego tranſiero penas patiatur ⁊ illis.
Plenius ingenio ſit miſer ille meo.
Neue minus noceāt fictum execrantia nomen
Vota: minus magnos cōmoueantur deos.
Illum ego deuoueo: quē mens intelligit: ibin
Qui ſe ſcit factis has meruiſſe ſuis.
Nulla moꝛa eſt in me ꝑagaz rara vota ſacerdos
Quiſquis ades ſacris oꝛe fauete meis.
Quiſquis ades ſacris lugubꝛia dicite verba:
Et fletu madidis ibin adite genis.
Omnibuſq; malis: pedibuſq; occurrite leuis
Et nigre veſtes coꝛpoꝛa veſtra tegant.
Tu quoq; quid dubitas ferales ſumere vitas
Jam ſtat vt ipſe vides funeris ara tui
Pompa parata tibi ē: votis moꝛa triſtibꝰ abſit.
Da iugulū cultris hoſtia dira meis.
Terra tibi fruges amnis tibi deneget vndas.
Deneget afflatus ventus ⁊ aura ſuos.
Nec tibi ſol clarus: nec ſit tibi lucida phebe.
Deſtituant oculos ſydera clara tuos.
Nec ſe vulcanus: nec ſe tibi pꝛebeat aer.
Nec tibi det tellus: nec tibi pontus iter
Exul: inops erres: alienaq; limina luſtres
Exiguumq; petas oꝛe tremente cibum.

runt pli. ⁊ pauſanias. Imperiura
te: cuius iuſiurandū non fallunt
dij. Vittatis: ligatis tanq̄ vitis.
Satyꝛi: dei dci ſſ a ſathi ſeu ſathe
qδ eſt veretrū. i. mentula. nā ſunt
ſaciſſimi. vt Macro. placet. Ge-
nus ſemideū dij indigetes: nam
dij indigetes nati erant ex moꝛta
li ⁊ deo. Noui: nuꝑ relati in nume
rum deoꝛuz: vt Ceſar ⁊ alij. Pera
gūt ſuas ꝑtes: vlciſcunt ſe. Ex oꝛ
dine: inuocatꝰ pro rōne veſtroꝛuz
numinū. Paſiphaes generi: The
ſeus gener paſiphes fuit: quoniā
Phedra rapuit filiaz eius ⁊ Mi
nois. q̄uis Diodo. hos tm̄ quat-
tuoꝛ filios nominet Deucalionē:
Cratheū: Androgeon: Ariadnē
fabuloſa eſt hiſtoꝛia: neq; ſatis in
ter auctoꝛes conſtat. Naz peon vt
Plu. auctoꝛē ſcribit Ariadnez ra
ptam fuiſſe ⁊ in Cypꝛo relictam a
Theſeo vbi partu moꝛtua ſit. Ho
merus in carmine magico eadez
in partu moꝛtuā ſcri. India inſu-
la: que poſtea dicta ē Naxus. Dio Naxus
do. hanc eodez loco relictam fuiſ Dius
ſe raptam fuiſſe a Baccho ⁊ ꝑdu
ctam in montem q̇ Dꝛyopis dicit
Phedram alij. ſcri. Hyppolytum
ꝑuignum adamaſſe. cuius qꝛ pu-
dicitiam vincere non potuit: indi
gnata inſimulauit falſo crimine:
quo de ſtupꝛo ab eo eſſet interpel
lata. ob quā cauſam pr̄ Theſeus a
Neptuno petit vt filiuz interime
ret qδ actum eſt īmiſſis phocis et
exterritis eq̄s: qui iuuenez diſcer
pſerūt. Gener paſiphaes: eſt the-
ſeus: qui in pꝛecatu eſt in filium.
Neue minus noceāt: in carmine
quo aliq̄s deuouebat neceſſe erat
pꝛopꝛium nomē expꝛimere: alio-
quin pꝛeces erant inane. Hac de
cauſa Romani nomen vꝛbis lati- Nomen vꝛbis
num extare noluerunt. vt ab ho-
ſte deuoueri poſſꝫ. Valerius So Soꝛanus
ranus id aliquādo enunciauit: ſꝫ
in crucē ſublatus luit penas. hac
de cauſa colebatur dea Angero- Angerona
na obligato oꝛe impans ſilentiuz
de nomie vꝛbis. hic ſacrificia fie-
bant ad. xij. kalendas ianuarias.
Auctoꝛes Plinius Macrobius

Dij magni
Penates
Deuouere
Fauere ore
Omina

Solinus. Execrantia: deuouētia. Fictū nomen: ibidem. Magni dij ſunt Juppiter Mineruꝰ qui ſub eodē tecto in capitolio colebanť. idem penates dicebanť. q̄uis Dionyſius Allicarnaſeus ⁊ Probus aliter ſcribant. Deuouere: diris imp̄catiōibus malum alicui optare. Peragam. abſoluam. Fauete ore: id eſt ſilete. Nam ſilentium cū res diuina incboabatur. Maro. Uerba lugubria: dicunť in damnatum ⁊ defunctum omina dicunť calamitatē portendētia. Leuis pedibus: ſiniſtris. Et nigre veſtes. Nam ſacra infernalia ꝑgebant indutis ſacerdotibus veſte nigra: q̄ vmbrarum ſimilitudinem repreſentabant ſumere vittas. hoſtie are deſtinate obligabantur qđ et ſermone Uirgiliano percipi poteſt. Feralia dicūtur lugubris a fera: que olim mortē ſignificabat. Ara: aram ſuum carmē appellat. Pompa ſacrorū: apparatus ſacrorum. Triſtibus votis: malis imprecatiōibus. Hoſtie dire: dicebantur feris deſtinate cultris: fictilibus vtebā tur in ſacris. Terra tibi: hic carmen imprecatorium ſumit initium. Fruges: omnia dicebantur vt Uarro ſcribit que ferebantur in fundo: vt his frueremur. Aura: initior ſpiritus aura. itē fauor popularis. Uulcanus: a volando dicitur: vt Ciceroni placet. Jnops: indigens ope omniū rerum. Luſtrare: circuire. item purgare.

Fera

Fruges
Aura
Uulcanus
Jnops
Luſtrare
ASLEN.

¶ Tu quoq̄ .i. etiā tu ſicut Apollonius hꝫ apud calimachum: ether ſūme. ſ. inť elementa aut celo poſuit: nec legendū eſt ſume ſed ſūme in vocatiuo a n̄to ſummꝰ. Videť aūt de igne potius loq̄ q͛ addit ſideraq̄ ⁊c. Queq̄. i . ⁊ tuo parca q̄ nectis. Opus ra. i. ſtabile ⁊ fatale: triplici pollice: q͛ tres ſunt vn̄ v̄ſiculus plebeus ē. Cloto collum baiulat: lacheſis trahit atropos occat. Amnis aq̄ impiurate. i. ſtygie paludis. Nā ſtyx triſtitiā ſignificat q̄ dijs cōtraria eſt: ſunt eīn ſemꝑ leti. Quaſq̄. i. ⁊ vos o dire ſeu furie infernales q̄s ferūt. i. dicūt ſedere ante obſcuras fores carceris. ſ. infernalis: erebi. ſ. aut tartari. vn̄ enei. vi. Tiſiphoneq̄ ſedens palla ſuccincta cruenta: Ueſtibulū inſomnis ſeruat nocteſq̄ dieſq̄. ⁊ paulo poſt: cernis cuſtodia q̄lis veſtibulo ſedeat. hn̄t aūt furie pro capillis anguis: ſed illa paſiphaes generi. i. theſei qui imp̄catus: filium coegit mori. Quaſq̄ ego tranſiero. i. ⁊ q̄s dixero ⁊ quas nō dixero hoc eſt om̄s. Plenius ingenio. i. q̄ꝫ excogitare aut eloqui queā: ſit miſer: diſſortunatꝰ. Qui ſe ſcit factis has. ſ. penas meruiſſe ⁊c. Nulla mora eſt in me. Continuo iprecať in aduerſariū: hiſtorie aūt a Domicio explicanť ⁊ cōtextus facilis eſt quocirca breuis ero. Tu quoq̄ o ibis: q̄d dubitas. q. d. non decet dubitare cū de te deuoto ſacrificiū fiat nec de alio: quid dubitas inquit ſumere vittas ferales i. ſerta feram. i. mortem p̄tendentia: ſed cū fera primam corripiat: feralis p̄inā ꝑducit: vt hic. ⁊ enei. iiij. Solaq̄ culminibꝰ ferali carmine bubo. Viſa queri. Uittas ad caput hoſtie quecūq̄ eſſet ſiue homo ſiue pecus circūligari: docet ſinon Virgilianꝰ enei. ij. dicens. Mihi ſacra parari. Et ſalſe fruges ⁊ circū tempora vitte. Pompa ꝑata tibi: non ad letitiam aut vtilitatē tuam: ſed eoꝝ qui videbunt. Da iugulum cultris: loquiť de more ſacrificantiū. nam in ſacrificijs oīa debebant eſſe libera ⁊ volūtaria: vſq̄ adeo vt ne hoſtia q̄dem ligari poſſet: que vt volens mori ſignificetur ſupponebāt cultros in quos ipſa ibat ſue mortis auctor. hn̄ ergo dicit da iugulum cultris. Nam iugulus ꝑs colli eſt que ſanguinē inciſa reddit. Dira. i. execrabilis ⁊ quaſi deoꝝ ira nata. Terra deprecať ipſi oīum elementorum ⁊ q̄cunq̄ vſui eſſe poſſent vſum: hoc precať ne hēat. Nec ſe Uulcanus. i. ignis cui vulcanꝰ p̄eſt. Nam deoꝝ dearūq̄ noīa vſurpamus ꝑ metonymiam pro rebꝰ q̄bus preſunt. Pontus. i. q̄dlibet mare: ⁊ mare. i. q̄libet aqua: ſp̄ēs pro genere. Noxq̄ die ⁊c. id eſt ſemper nox ſequens ſit grauior die precedente: ⁊ dies ſequens nocte precedente. nam aliter fieri non poteſt vt vtrūq̄ alterum ſuperet: vult ergo vt in dies creſcat malum eius.

DOMJ.
Miſerabilis
Jnuidioſa

Erunne

¶ Miſerabiles dicuntur qui miſericordiam commouent. Tuis aduerſis: tua calamitate. Jnuidioſa tue: inuidioſe diuitie dicuntur maxime quibus iure inuidere poſſis. Jnuidioſi item abſolute accipitur pro maximo. Hic inuidioſa. i. q̄ habebatur odio. Erūne: dicunť grauiores labores: vt Herculis ab eren: qđ ſignificat tollere. Deſeta: deſtituta vnde etiam dicimus effetos ſetu deſtituor. Solito fauore: qui ſolet ſubminiſtrari laborantibus.
Coacta: a fatis. Luctatus diu:

Nec corpꝰ q̄rulo nec mens vacet egra dolore.
Nox die grauior: ſit tibi nocte dies.
Siſq̄ miſer ſemper: nec ſis miſerabilis vlli.
Gaudeat aduerſis femina virq̄ tuis.

Accedat lachrymis odium dignuſqꝫ puteris
Qui mala cum tuleris plurima: plura feras
Sicqꝫ quod eſt rarum ſollicito deſeta fauore
Fortune facies inuidioſa tue.
Cauſaqꝫ non deſit: deſit tibi copia mortis.
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatuſqꝫ diu: cruciatos ſpiritus artus
Deſerat et longa torqueat ante mora.
Et venient: dedit ipſe mihi modo ſigna futuri
Phebus: et a leua meſta volauit auis:
Certe ego que voueo ſuperos motura putabo
Speqꝫ tue mortis peſſima ſemper alar.
Finiet illa dies que te mihi ſubtrahet olim.
Finiet illa dies que mihi ſera venit:
Sed prius hanc animā nimium tibi ſepe petitā
Auferet illa dies que mihi ſera venit.
Quam dolor hic: vnꝙ̄ ſpacio euaneſcere poſſit
Leniat aut odium tempus ⁊ hora meum.
Pugnabunt iaculis dum thraces: iapides arcu
Dum tepidus ganges: frigidus iſter erit:
Robora dum montes: dum pabula mollia cāpi:
Dū tyberis liquidas tuſcus habebit aquas
Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras
Seua ſed inanis manibus arma dabo.
Tum quoqꝫ cū fuero vacuas dilapſus in auras
Exanimis manes oderit vmbra tuos.
Tū quoqꝫ factorū veniā memor vmbra tuorum
Inſequar ⁊ vultus oſſea forma tuos.
Siue ego quod nollē longis cōſumptus ab ānis
Siue manu facto morte ſolutus ero
Siue per immenſas iactabor naufragus vndas

agitatus. Euenient omni in re agenda obſeruabāt maiores ſigna: que a numinibus darentur: vt aut his confirmati rem inchoatam ꝑficerent: aut deterriti deſiſterent. Inchoato igitur deuotionis carmine fingit poeta deos ſigna dediſſe: quibus protendebat eius imprecationem fore ratam. Cornix enim auis phebo dicata a leua patre volauit: quod augurium accepit his verbis. Futuri imprecationis futurum Meſta auis cornix mali ominis. A leua auguria a leua parte celi venientia rata erant: et fulmina leua boni ominis habebantur: vt Pli. ſcri. Mali aues ominis erant bubo incendiaria noctua cornix: alie preterea. Motura: exhortatura. Perfide: perfidū appellat qui rupit gratiam ⁊ fidē amicitie qua erat cum poeta. Mihi: votis meis. Tempus et hora: que ſolent lenire. Magnitudinē doloris. Pugnabunt: arcum et ſagittas inuenit primus Scythus filius Iouis: a cuius momine ſcythia dicta eſt. Scythi autem olim thraces habebantur vtentes omnes eadem lingua: vt ſcribit Herodo. preter getas ⁊ thraces. tota autem Thracia: vt ſcribit Plinius in ſtratageas quinquaginta diuidebātur: pugnaces erāt arcu: quē apud ſe inuentum ſupra ceteros mortales exercuerūt. Iapides ad mille ſtadia regionem obtinebant vna ex parte Pannoniis et iſtris terminati parte altera mari adriaco. pugnaciſſimi fuere haſta: in ditionem redacti ab augu. ⁊ Stra. ⁊ appianus ſcribunt. Iapygia vero apulia eſt. Ganges: vt alij ſcribunt incertos habet fontes: vt alij in ſcythacis montibus oritur: nuſꝙ̄ minor viginti paſſuum altitudine. Latitudine octo milium: vbi parum: vbi modicorum ſtadiorum centum. tepidus eſt cū orientis ſit Iſter in iugis germanie montis ſarnobe oritur. per innumeras gentes dicitur. Dannubius. vbi Illyricum attigit Iſter ſexaginta ānibus acceptis in

Signa deorū
Cornix
Auguria leua
Aues mali ominis
Arcus
Sagitte
Scythus
Thraces
Iapygia
Ganges
Iſter
Dannubius

Noſtraq; longinquus viſcera piſcis edet
Siue peregrine carpent mea membra volucres
Siue meo tingent ſanguine roſtra lupi.
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terre
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quicquid ero ſtygijs erumpere nitar ab vndis
Et tendam gelidas vltor in ora manus
Me vigilās cernes tacitis ego condit⁹ vmbris
Excutiam ſomnos viſus adeſſe tuos.
Deniq; quicquid ages: ante os oculoſq; volabo
Et querat ꝛ nulla ſede quietus eris.

mare voluitur Binotiminem ap-
pellauit Silius: cum ꝛ Dānubius
ꝛ Iſter dicatur. Frigidus ex regi
one ipſa. Nam ad ſeptentriones
Tyberis — labitur. Tyberis: qui etruriam la-
bitur. Flauas: flauum etiaz appel
lauit Hor. olim appellatus albula
Tybris ꝛ Tyberis: vt ſcri. plinius
Immanis: immanſuetus: vel im-
manes. ſ. tuos. Mores tuos: vitā
tuam. Forma oſſea. in mortuis di
cebatur: ꝙ deſertum olim cadauer
induentes nihil preter oſſa repe-
rirent. In magicis autem incanta
tionibus laneis et ceteris formis
Mors — vtebantur. Morte ſolutus: diffi-
nitionem Platonis exprimit: qui
ſcribit mortem eſſe ſolutionez ani
me a corpore. Iactari propriuz in
Vultures — mari eſt. Volucres peregrine:
Aues pere — vultures habebantur aues pere-
grine — grine quaſi ex alieno orbe venien
tes: errore hominum qui cum vultures nidificarent in rupibus inuijs: vnde fetus euolabant
aliunde venire arbitrabantur. Peregrine item aues marime viſebantur vbi ſtrages cadauerū
eſſet. Unde bellis ciuilibus venerunt aues nunq̃ ante viſe ſpecie paulo infra columbas quas
appellabant betrientes: vt alij codices Pliniani habent Bebrimacenſes inſolitam auem. Ta
citus viſam fuiſſe ſcribit ad regium lepidum in bello Othonis ꝛ Vitelli. Lupi: qui ſolent cada
uera ſectari. Erumpere: egredi cum impetu. Tendam: immittam.

ASCEN. — ¶ Nec ſis miſerabilis: id eſt talis cuius quēuis miſereſcat: aut nec videaris dignus miſera
tione. Sic eneid. ij. Troianas vt opes ꝛ lamentabile regnum. Accedat lachrymis odium: dira
imprecatio cū lachryme cōmiſeratione mereri ſoleant. Sitq;. ordo eſt. ꝛ facies fortune tue de
feta: id ē euacuata ſicut mulier enixa: ꝛ nullū fetum habens in vtero: fauore ſolito: ſit inuidioſa
ſ. cui pleniſſime inuideatur: aut plena inuidie paſſiue: quod eſt rarum: id eſt que res raro con-
tingit: quia ſumma petit liuor. Liuor em̄: id eſt inuidia non ſolet eſſe niſi de rebus ꝓſperis. et
ergo dicit Martialis. Omnibus inuideas liuide nemo tibi: quia ſic omnes eſſent beati preter
ipſum ſolum. Cauſaq; non deſit: id eſt tormentum tam graue vt mori poſſis: neq; tamen mori
permittaris: quod damnatorum in inferno malum eſt: qui ſemper mori cupiunt ꝛ moriuntur:
neq; vnq̃ mortui ſunt. Auis meſta: id eſt meſtitie index: ſcilꝫ cornix: que a leua: id eſt ſiniſtra
ratum facit augurium: vt graues atteſtantur auctores. Speq; tue mortis peſſime: non dices
ſpe mortis tue peſſime: non enim eſt genitiui caſus: ſed vocatiui ſic. o peſſime ego alar ſemper
ſpe tue mortis. Finiet illa dies. ſ. ſpem: quia ſpes euacuatur dum euenit quod ſperabatur. Pe
titam tibi: id eſt a te. Tempus et hora. ſic quinto enei. Quam nec longa dies pietas: neq; miti
gat vlla. Omnia enim in tempore labaſcere ſolent. Pugnabunt iaculis. Dicit et mores homi
num et rerum naturam prius immutari poſſe q̃ pectoris ſui odium aboleri. Dum: id eſt donec
aut q̃diu iapiges: id eſt apuli populi italie arcu valentes. Ganges tepidus: quia inter torri-
dam et frigidam zonam. iſter frigidus: quia ad glacialem oceanum vergit. Robora: id ē quer
cus illas aut quaſuis robuſtas arbores. Tyberis tuſcus: quia per tuſciam ſeu ethruriā fluit.
Sed in manis: puto duas eſſe dictiones: vt ſit. ego dabo manibus ſcilicet meis: id eſt ſpiriti-
bus a corpore ſeparatis. eſt enim a nominatiuo manes non a manus: quia primam producit:
in: id eſt contra manis ſcilicet tuos: quia dicimus in accuſatiuo manis et manes. ſeua arma q̄-
bus ſcilicet manes tuos perſequantur. Oſſea forma. Iuuenalis dicit: ſatyra. iiij. Aut nigri
manus oſſea mauri. ꝛ cui per mediam nolis occurrere noctem. Cliuoſe veheris dum per monu
menta latine. Mortui enim oſſa abſumpta ſcilicet carne occurrere putantur. dicit autem vir
giliana dido idem ſic. Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe penas. Siue ego (quod

nolle3) quaſi vindicte appetens: aut ſenectutis incōmoda abhorrens. Piſcis longinquus: id eſt in longinquo mari degens: edet .i. deuorabit noſtra viſcera: poſtq̄ .ſ. ſubmerſus ſit.

¶ Faces nexe colubris: id eſt faces furiales. Conſcia: ſcelerum tuorum. Eſt futura breuior: ſupplicijs. DCCCI.

Verbera ſeua dabunt ſonitū: nexeq3 colubris
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces
His viuus furijs agitabere mortuus iſdem,
Et breuior pena vita futura tua eſt.
Nec tibi contingent funus lachrymeq3 tuorum
Inde ploratum proijcere caput.
Carnificiſq3 manu populo plaudente traheris.
Infixuſq3 tuis oſſibus vncus erit.
Ipſe te fugient que carpunt omnia flāme
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus & roſtro tardus theatralia vultur.
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Deq3 tuo fiet: licet hac ſis laude ſuperbus,
Inſatiabilibus corpore rixa lupis
In loca ab eliſijs diuerſa fugabere campis.
Quaſq3 tenet ſedes noxia turba coles.
Siſyphus eſt illuc ſaxum voluenſq3 petenſq3
Quiq3 agitur rapide vinctus ab orbe rote
Quiq3 gerunt humeris ꝑituras belides vndas.
Exulis egyptij turba cruenta nurus
Poma pater pelopis preſentia querit. & idem
Semper eget liquidis: ſemper abūdat aquis.
Iugeribuſq3 nouem ſummus q̄ diſtat ab imo
Viſcera q3 aſſidue debita prebet aui.
Hic tibi de furijs ſcindet latus vna flagello
Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera tartareis feſtos dabit anguibus artus.
Tertia fumantes incoquet igne genas
Noxia mille modis lacerabitur vmbra tuaſq3.

Et diſciplina egyptia: quam Orpheus carmine complexus eſt. didicit antiquitus funus celebrare tāta religione: vt quotiens eſſet omiſſum mortui vmbra errare putaretur. Nauis erat: q̄ cadauera trans paludē in egyptum portabat ad xl. iudices. Charonte: qui lingua egyptia ſignificat magr̄m nauis: cymbā regente. Id nō fiebat niſi p̄us celebrato funere. idē ↄtingere putabāt vmbris apud inferos Diodo. ſcri. Funus exequias ſignificat a funalibꝰ. itē grece d̄r phonos qḋ mortē ſignificat. Lachryme tuoꝝ: & hoc ex r̄ligione erat q̄ ab affinibꝰ cadauer deplorabatur Deplorata cadauera dicebant̄: quibus luctus vltimus ꝑſolutꝰ erat. Vñ rempublicā deploratam dicimus iam ꝯſam. ab hoc tractū conclamatū eſt qñ affines eiulantes cōclamāt: d̄rq3 in oī re iam deperdita: q2 poſt lachrymas affinium mortuū plane cadauer erat. Carnifices: publico ſumptu cōcludebantur: iter quos Cadmꝰ celeberrimus fuit. Oſſibus vncus erit: dānari vnco trahebātur ad ſcalas gemōias aut ī harenā vbi ardebāt Hoc iuue. Et latū media ſulcū deducit: media harēa dicit̄ ſulcū dū trahit̄ vnco dānatꝰ. ꝑſa in ↄmētarijs Iuuēalis diximus. Vultures ad cadauera volare biduo aut triduo anteq̄ expoſita ſunt: auctor ē Vmbritiꝰ aruſpex crudeliſſimus tꝑibus Veſpaſiani & nobilis carmine iuuenalis. Tardus: ꝓducēs morſum. Canes: hoc in Italia et alijs locis dānatum erat: in hircania celebre & ſolēne. Nā plebs: vt ſcri. Cic. publicos alebāt cāes optimates domeſticos a qbꝰ mortui laniabant̄. Silius. Regia cū dulcē poſuerūt mēbra ꝓbatū eſt hircanis adhibere canes. Licz ꝑmitteris. Eliſij cāpi ſiue ſint ī corpore lune: ſiue inſulis fortunatis pijs tūi: & q recte vixerāt dabātur

Charon
Funus
Deploratum
Cōclmatum
Vncus
Vmbritius
Eliſij campi

vt Tartarus ſcelaratis hominibus vbi iudice Rhadamanto furie vltrices ſcelera puniebant.
Siſyphus Siſyphus:filius Eoli cuʒ iſthmum infeſtaret ad inferos detruſus eſt ſaxū ſubducens in mon
tem:quod ſemper deuoluitur. Lucretius negans inferos eſſe:ſcribit ſiſyphum eſſe apud nos
eū ſcʒ qui honores ſepe petit q̄uis ferat repulſam. Lucretius. Siſyphus in vita quoqʒ nobis
ante oculos ē. Qui:petere a populo faces ſeuaſqʒ ſecures: imbibit:⁊ ſemper victus triſtiſqʒ re
cedit. Hunc ſe vidiſſe Vlyſſes teſtatur:apud Homerum. Unde fabulam noſtri poete celebra
Ixion runt. Quiqʒ:Ixio filio Antionis ⁊ Melatus:nōnulli ex noſtris ſcribūt patrem phlegiam
cuʒ Junonem ad ſtuprum prouocaſſet:vt ſcribit Home. latonam:ad inferos truſus circūagi
Egiſtus tur radijs rote frangentibus membra. Exulis. Egiſtus Thientus filius fuit. Egiſtus autem
Egyptus vt Euſtachius ⁊ Euripedes ſcribunt frater Danai:filius Beli egypto puincie nomen dedit
cum filius quinquaginta nuptias celebrauit cum totidem filiabus danai fratris:que maritus
iuſſu paterno ſingule necarunt preter Hypermeſtram:que linum : vt Euſebius ſcribit buce
tum ſeruauit:he dicuntur haurire aquaʒ vaſe pertuſo ex puteis:hec fabula compoſita eſt ex hi
ſtoria. Nam danaus argos irriguum aquis reddidit:quibus carebat:multis effoſſis puteis i
ter quos quattuor erant ſacri: quod verſus grecus indicat argos aquis vacuum danae ſtruxe
re redundans. Lucretius hac fabula captos amore repreſentari putat:qui leuiſſima in re diu
laborant. Lucretius. Hoc ⁊ opinor idem euo florente puellas. Quod memorāt laticem pertu
Belides ſum congerere in vas. Belides:neptes beli profugi. Nam exulauit expulſus a Danao fra
Tantalus tre. Poma pater. Tantalus Paphlagoniam tenuit imperio:ditiſſimus fertilitate regionis ⁊
ob multa metalla:que illic erant:vt ſcribit Strabo in pugna fuit aduerſus Troem:quoniam
Ganimedem rapuerat:vt Euſebius ſcribit : dignatus deorum menſa Jouis myſtica protulit
mortalibus. Unde apud inferos eſſe meruit ſitiens in aquis ori allabentibus : vt ſcribit Ho
merus ꝙ nonnulli dixerunt hoc ſupplicium datum:quoniam Pelopem filium dijs hoſpitibꝰ
epulandum appoſuiſſet:falſum eſt. Pendent preterea poma.que quotiens vult captare vē
to diſſipantur:vt ſcribit Homerus. Aſtea ſublimen ventus contorquet in auras. Jugeribus.
Titius Titius filius Jouis ⁊ helare habitus eſt terre filius:quoniam a matre educatus eſt ſub ſpecu
metu Junonis. Specu illud demonſtratur:vt ſcribit Strabo in Boetia. Is quoniam latonā
violauerat:in nouem iugera diſtentus paſcit Vultures. Vlyſſes apud Homerum. Et Titiuʒ
vidi terre omni parentis alumnum:tamen addit iacentem in ſolo ⁊ portentum ad nouem iuge
ra. Abundat:quia ſunt preſentes. Summus quid diſtat ab imo:cuius caput a pedibus di
ſtat nouē iugeribus. Aui;vulturi. Homerus ſcribit. Vultures duos fuiſſe. Una de furijs ſcin
det latus. Theſipone.

ASCEN. ¶ Et breuior vita. Ordo eſt:⁊ vita tua futura eſt breuior pena tua : quia pena durabit etiam
in morte ⁊ poſt mortem. Indeploratum:id eſt non deploratū. Carnificiſqʒ manu populo plau
dente traheris ſcilicet ad ſupplicium aut potius ad buſtuʒ:qr ſequit̄ ipſe te fugient ⁊c. hoc mo
do ad ſupplicium nōnulli chriſtiani ſub domiciano poſtea tracti leguntur infixo vnco gutturi.
Ipſe te fugient. Precatur vt tractus indigniſſime ad vſtrinam ⁊ impoſitꝰ rogo:flāme eius
cadauer non abſumant ſed iaceat preda vulturibus ⁊ canibus. Licet hac ſis laude ſuperbus:id
eſt q̄uis glorieris ꝙ ſis cauſa rixe inter me ⁊ coniuges ⁊ amicos vt eris inter lupos : videtur
enim tibi glorioſum induxiſſe diſcordiam:⁊ ita malim dicere. ꝙ licet.i. licitū eſt vt ſit permit
tentis. Siſyphus eſt illic. hec omnia Macrobius:in de ſomnio Scipionis late exequitur ⁊ ha
bentur etiam.vi.enei. Quiqʒ:id eſt ⁊ qui ſcʒ ixion. Belides beli nepos. Nurus egypti:quia fi
lijs eius nupſerant ſed interfecerunt. Pater pelopis.i. Tātalus qui ſm Homerum ad naſum
vſqʒ habet dependentia fragrātiſſima poma ⁊ ad labia vſqʒ aſcendentia dulciſſima flumina:
q̄ dum captantur effugiūt. vñ de fluminibus dicit Horatius ſermone pͥmo. Tantalus a labris
ſitiens fugientia captat Flumina:quid rides ⁊c. Jugeribus nouem.i.tityus de quo.vi. Enei.
Necnon ⁊ tityon terre omniparētis alumnū. Cernere erat:per tota nouem cui iugera corpus
porrigitur. Ordo aūt textus eſt qʒ pet:⁊ is ſup.qui ſummus.i.ſuprema pte ſui: hoc eſt vertice:
diſtat ab imo.i.ab ima pte ſui ſcʒ a planta pedis noueʒ iugeribus ⁊ pbet aui.i. vulturi aſſidue
i.ſine intermiſſione rodenti(ſeqtur Maronem dicentē in.vi.roſtroqʒ imanis vultur adunco
Immortale iecur tondens:fecūdaqʒ penis. Viſcera:rimaturqʒ epulis:habitatqʒ ſub alto Pe
ctore:nec febris reqes dat̄ vlla renatis. dico maronē imitari:nā Homerus duos vultures ſibi
inicē ſuccedētes dicit) viſcera debita.ſ.talibus cruciatibꝰ eſt ſup.illic. Una de furijs.tres eñ
ſunt tiſiphone alecto ⁊ megera.loqui videt̄ de tiſiphone de q̄ enei.vi. Continuo ſontes vltrix

accincta flagello. Tiſiphone quatit inſultans. Altera: ſcilz alecto: tertia ſcilz megera. Eacus Tres quoq; dicuntur apud inferos iudices: qui ſeueriſſimi in creta iudices fuiſſe leguntur. Radamanthus. Minos: ⁊ Eacus. Radamāthus autez dicitur inquiſitor. vnde enei. vi. Gnoſius hec radamanthus habet duriſſima regna. Caſtigatq; auditq; dolos ſubigitq; fateri. Que quis apud ſuperos furto letatus inani. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Minos iudex: vnde horatius. Et de te ſplendida minos fecerit arbitria: ⁊ in eodem vi. Queſitor mīos vrnam mouet. Eacus vero executor. vnde Iuuenalis in prima. Quas torqueat vmbras Eacus Et hoc loco: verum hec officia confunduntur: ita vt ſingulis omnia conueniant. *Iudices inferni*

¶ In te tranſcribet. Tranſcribere transferre eſt: tractum a colonia: quoniam qui mittebantur dabāt nomina: ⁊ tranſcripti dicebantur. Pondus: ſaxum. Captet ⁊ vndas qui frequenter ſtudeat capere. Nec mortis: inchoatis imprecationibus vtitur: nam cum ſupradixerit eum periturum nec addiderit penam: nunc ait. Penas: quas dabis poſt mortem. Inde ex numero tuorum malorum. Ut ſi quis carpat frondes in ida filia Dardani fuit regis ſcytharum Ida mater mennonis: ꝙuis fabule auroram tradiderint. Ida ſilua in creta: a qua ſiluam phrygiam idam dixerunt teucri e creta profecti: vt Callimachus elegiarum poeta primus edocuit. In hac proceritas arborum et copia in admiratione eſt. pinus profert que nullam ſentiunt cariem: vt ſcribit Theophraſtus. De mare libyco: mare libycum idem africanum dictum eſt ⁊ notium ante ſyrtes protenditur in egyptum vſq; pelagus: profundum Eratoſthenis ſententia mille ⁊ quingentis ſtadijs. De mare libyco: alibi libyco: alibi numerum malorum comparat aquis icarij maris. Tot premor aduerſis que ſibi comprehendere coner: icarie numeruz dicere coner aque. Hybla: ab hyblone rege dicta eſt: vt placet Thucididi: qui cum eam prodidiſſet Megarenſibus effecit ab his iterum conderetur: appellareturq; megara: Strabo a dorienſibus conditam ſcribit: tamen priſtinuz nomen manſit propter mellis hyblei preſtantiam. Eſt enim eiudez nominis mōs proximus Thumo abundans: vnde apes paſte mel optimum conficiunt. Crocus: puer Similacem amauit ipſe conuerſus in florem ſui nominis: puella in hederam quam Similacez dicunt. Hic flos vna cum lotho et hiacintho ab homero celebratur propter odoris preſtantiam naſcitur magna vbertate et preſtantia in cilicia in monte Coritio: vt ſcribit Plinius. Strabo teſtatur at antrum eius nominis Athos mons altiſſimus dictus aliquando ab Homero. Thracius: cum et thracie et macedonie ſit abſciſſus a continenti a xerxe perſarum rege interuallo paſſuum mille et quingentorum. Oppidum in cacumine habuit acrocon. Athos dicitur et non athon: quod nonnulli falſo ſuſpicati ſunt: nam Athos os ſyllabam producit: cum ſit apud grecos: vt Virgilij verſus bene ſeruari poſſit. Ferat: producat. Ora multiplicat. Hiperbole eſt Homerica cum eſſet deſcripturus numerum

*MMMI. Tranſcribo*
*Ida*
*Pinus ide*
*Mare libycū*
*Hybla*
*Crocus*
*Coritium crocum*
*Athos*

Eacus in penas ingenioſus erit
In te tranſcribet veterum tormenta virorum
Manibus antiquis cauſa quietis eris.
Siſyphe cui tradas reuolubile pōdus habebis
Verſabunt celeres nunc noua membra rote
Hic erit: et ramos fruſtra qui captet ⁊ vndas
Hic in conſumpto viſcere paſcet aues.
Nec mortis penas mors altera finiet huius
Horaq; erit tantis vltima nulla malis
Inde ego pauca canam: frōdes vt ſi quis ab ida
Et ſummam libyco de mare carpat aquam
Nam neq; quot flores ſicula naſcuntur in hybla
Quotue ferat dicam terra ciliſca crocos.
Nec quum triſtis hyems aquilōis īhorruit alis
Quam multa fiat grādine canus athos
Nec mala voce mea poterāt tua cuncta referri
Ora licet tribuas multiplicata mihi
Tot tibi ve miſero venient taleſq; ruine.

Ut cogi lachrymas me quoqꝫ poſſe putem
Ille me lachryme facient ſine fine beatū.
Dulcior hic riſu: tunc mihi fletus erit
Natus es infelix: ita dij voluere: nec vlla
Commoda naſcenti ſtella leuiſqꝫ fuit
Non venus affulſit: non vlla iuppiter hora
Lunaqꝫ non apto: ſolqꝫ fuere loco:
Nec ſatis vtiliter poſitos tibi prebuit ignes
Quem peperit magno lucida maia ioue
Te fera ne quicq̄ placidum ſpondentia martis
Sydera preſſerunt falciferiqꝫ ſenis.
Lux quoqꝫ natalis: ne quid niſi triſte videres
Turpis et inductis nubibus atra fuit.
Hec eſt in facti: cui dat grauis allia nomē.
Queqꝫ dies ibyn publica damna tulit:
Qui ſimul īpure matris prolapſus ab aulo eſt.

nauium eaꝝ imitatus eſt hoſticus in ſecūdo belli iſtri. non mihi ſi lingue ſint cētū atqꝫ ora ſint totidē. ⁊ demum virgiliꝰ. Non mihi ſi lingue centum ſint oraqꝫ centum ferrea vox ⁊c. Tales: tam graues. Hi fletus: quem fundam in calamitatibus tuis. Natuſ es: poſt egyptiā perſuaſionem vbiqꝫ receptum eſt

Aſtrologi

aſtrorum motus infelicitatem vel felicitatem naſcenti portendere'. Iuuenalis. Diſcat enim que ſydere te. Excipiant modo primos incipientem edere vagitus. Petoſiris

Petoſiris

cuiꝰ meminit iuuenalis et plinius in ſecūdo ⁊ ſeptimo: ī eo plurimū elaborauit. Fuit nōnunq̄ in contēptu: ⁊ habiti pernicioſi qui hāc ſcientiaꝫ profitebantur expellebanturqꝫ ſepenumero ex vrbe

Mathematici

Mathematici. Idem enim verbum ſignificat apud tranquillum eos qui ex aſtrorum motu futura predicebant: ex hac diſciplina predicit poeta infelicitatem ibidi.

Venus

Venus planeta eſt infra ſolem: cuius curſum ⁊ naturam Pythagoras Samius primus cognouit: eam ſtellam alij iunonis putarunt: alij iſidis: alij matris deum: cuius natura cuncta generantur: ⁊ animalium ſtimulātur conceptus felicitatem et gratiam apud mortales portendens ſi naſcenti affulſerit.

Iuppiter

Iuppiter ardore nimio Martis ſtelle ⁊ rigore Saturni inter que duo ſydera eſt interiectus interpretatur.

Mercurius

Mercurij ſtella ab alijs dicta eſt apollinis felicitatem vel malum portendit: ſi aut bono aut malo ſyderi fuerit coniuncta.

Mars

Mars vulnera furorem et perpetuam ferri inſaniam.

Stella

Stella a ſtando dicitur. Leuis: benigna. Non apto loco: nam pro varietate regionum celeſtium planete mutant naturam. Senis falciferi: id eſt ſaturni: cuius ſydus malum eſt.

Dies atri poſtridiani

